UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

Ex herodes rex iudee creat[us] e[st] rome. ca. xxj.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

accuſaret̃ aſtãte etiã hircano ꝓcontabat̃ hir
canũ antoniꝰ quinã rebꝫ gerẽdis eſſent aptiſ
ſimi. Cũqꝫ herodẽ et fratres eiꝰ aliis ꝑtuliſ-
ſet. hilaratus antoniꝰ eos de ꝓcuratoribꝫ te
trarchas iudee declarauit Abeũte aũt anto
nio romã pachorus rex parthoꝝ ĩ manu va
lida eufratẽ trãſgreſſus eſt Ad quez deſcen-
dẽs liſanias antigoni nepos. filiꝰ ptolomei
et alexãdra vt predictuz eſt. pollicitꝰ eſt talẽ
ta mille et ꝟgines quingẽtas. vt antigonuz
in regnũ induceret. Acceptis itaqꝫ a pacho-
ro multis milibꝫ parthorũ. antigonꝰ hierl'm
expugnabat ⁊ phaſelus quidã muros. hero
des domũ regiã cuſtodiebat Sed cũ intraſ
ſet vrbẽ antigonꝰ in diebꝫ pentecoſtes etiaz
in foro dimicatuz eſt. Cũ aũt de pace tracta-
ret. antigonꝰ pachoꝝ regem parthoꝝ pacis
arbitriũ ĩ dolo depoſcebat Egreſſi ſunt ergo
hircanꝰ cũ phaſelo ⁊ antigonꝰ ad parthoꝝ
regẽ ꝑperãtes herodes noluit cuz eis deſcẽ-
dere. ſuadente mariãne vt nunqꝫ fidei par-
thoꝝ fidẽ adhiberet. Hircanꝰ ꝟo et phaſelꝰ
ĩ itinere a parthis cõprehẽſi ſunt. Quo acce-
pto herodes noctu ad idumeos ꝯtribules
ſuos ꝯfugit. Premiſit quidẽ vxores ⁊ filios
et vniuerſam ſupellectilẽ. et ipſe ſubſequens
impetus ſubſequẽtiũ ſuſtinebat. Grauiores
aũt parthis iudeos in fuga expertꝰ eſt. cum
quibus ſexageſimo a ciuitate ſtadio dimica
uit ibiqꝫ ob incredibilẽ victoriã caſtrũ muni
tiſſimũ poſtea firmauit quod et herodiõ di
xit. Dimiſſis aũt vxoribꝫ et liberis in oppi-
do maſſada. ſub cuſtodia fratris ſui ioſippi ĩ
petrã ciuitatez arabum perrexit Parthi ꝟo
non ſolum antigonũ reſtituerunt in regnum
verũetiã hircanũ ⁊ phaſelum vinctos ei tra
diderũt verberãdos. At ille auriculas hirca
ni dentibꝫ truncauit: nequando mutatꝭ rebꝫ
ſolutus pontificatũ reciperet. Ab integrꝭ ei
celebrari ſacra oportet. Phaſeli ꝟo virtute ꝑ
uentus eſt. Qui cũ nec ferri copiã nec manꝰ
liberas haberet ad ſaxũ fracto capite mortu-
us eſt. Cognito q̇dẽ ꝙ herodes euaſerat ait
ſe equanimit̃ velle mori. qꝛ vltorẽ viuũ relin
queret. De hircano ſunt q̇ dicãt ꝙ medicus
ab antigono ſibi miſſus ĩ auriculas eiꝰ vene
num ꝑ medicamẽto infudit. ⁊ mortuꝰ eſt Jo
ſephus ꝟo refert eũ ad parthos miſſũ. ⁊ diu
habitũ ludibrio.

¶ Herodes rex iudee rhome creatꝰ eſt.
Capl'm. XXI.

h Erodes accepta
morte fratris rhomam ꝑperauit.
nec hyemis aſperitate retẽtus ẽ
Circa pãphiliã fracta naui ⁊ in rhodo repa-
rata: ad rhomã ꝓfectus eſt. p̊moqꝫ cãm vie
expoſuit antonio. Qui miratus eius caſuz
⁊ miſertus: ſenatui ꝑſuaſit vt herodẽ regẽ iu
dee declararent. Coronatus ḡ herodes. au-
guſto ⁊ antonio hinc ⁊ inde aſtantibꝫ in capi
toliũ ductus eſt. vbi ⁊ decretũ ſenatꝰ ſuꝑ hoc
facto repoſitũ eſt. Remiſſus eſt itaqꝫ ĩ iudeã
herodes. duoſqꝫ principes cũ eo ventidius
⁊ ſylo q̇ eũ in regno collocarẽt. Cũ ergo ve-
niſſent in galileaz. ſylonẽ antigonꝰ mercede
corrupit. ⁊ ꝓpterea ꝯgredi aduerſus antigo-
num ſimulatis occaſionibꝫ differebat. Cun-
qꝫ tandẽ obſediſſent hieruſalẽ rhomani. tũ ꝓ
hyemis aſperitate. tũ ꝓ inopia victus. ab ob
ſidione deſcendẽtes. in idumea ⁊ galilea hye
mabãt. Nec tũc tñ herodes ocioſus erat. ſed
latronũ multitudinẽ ꝑſequẽs. etiã in cauer-
nis eos igne ſuffocabat. Inter quos erat ſe-
nior. vij. filioꝝ pater. quos ipſe occidit ĩ hũc
modũ Stãs in ore ſpelunce ſingulos nomi
natim euocabat. ⁊ ꝓdeuntẽ quẽqꝫ filioꝝ tru-
cidabat nouiſſime ⁊ vxorẽ. tandẽ ſe ꝯfoſſum
vulnere ſuꝑ mortuos miſit.

¶ Herodes pulſo antigono poſitus eſt ĩ
throno regni in hieruſalẽ. Capl'm. XXII

e E tempore cir
ca athenas morabat̃ antoniꝰ.
⁊ iã amore cleopatre tenebat̃.
Ad quẽ ꝑperabat herodes. ſuꝑ dolo ſilonis
querelã facturꝰ Interim aũt ⁊ ioſippus vt ali
q̇d ꝑclare faceret. ꝯtẽpto herodis ipſo ꝯ an
tigonũ dimicauit ⁊ victꝰ decapitatꝰ eſt a pa-
pio ꝑncipe militie antigoni. Cuius truncuz
antigonus calcaribꝫ verberare inhumaniꝰ
aggreſſus eſt. Dũ ãt accepiſſet antonius do
lum ſylonis miſit ſoſiũ cuz herode in manu
valida. Qui veniẽs in iudeã occurrentẽ ſibi
papiũ vicit. caputqꝫ eius feroze fratri ſuo in
ſolaciũ occiſi fratris tranſmiſit. Tandẽ quin
qꝫ menſibꝫ obſeſſa hierl'm. cũ in ſexto rhoma
ni irruerẽt in eaz nemini parcebãt: etati licet
herodes rogaret vt parcerẽt. Antigonꝰ quo
qꝫ deſcendẽs ad pedes ſoſii ꝓſtratꝰ eſt quẽ nõ
miſeratus ſoſius ſed irridẽs antigonã appel
lauit ⁊ in vincula coniecit. Cum aũt omnis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN